Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

voto quod ob certam visionem quam in somnis habe
bat emiserat cōpleto statim sanitati restituta fuit. et
a cōmissariis sana visa est. testis ipsa. Puer xiij ebdoma
dis pedibus contractis medelis frustra adhibitis voto cō
pleto convalescere cepit et successive sanatus fuit. tes. mr.
habet contestes duos sc. xxx. xxxj. loco examinatos.
Mulier per xvj. annos in egritudinis lecto manibus et
pedibus contracta decumbens. cū nulla poterat relevari
medela. desperata flens sinistrā menti sui parte ex pri
o loco amisit. q nec os aperire nec linguam movere
poterat. ad tubas deducta et cōpleta devotōe statim sa
nata fuit. et sana coram cōmissariis apparuit. testis ipsa.
Alia per medium annum ambabus manibus cōtracta. vo
to completo sanata fuit. testis ipsa. et hēc in inquisitōe ge
nerali nūero testiū. cmij. Quidam per xxxvj. ebdomadas
in egritudinis lecto contractus decumbens. nullo potuit
remedio curari. voto cū oblatōe emisso melius habere
cepit. et eo cōpleto sanitati restitutus fuit. habz cōtestes
duos sc. lxv. et lxvj. loco examinatos. [illegible] xxij ebd
Mulier manibus et pedibus ac oribus mēbris suis cō
tracta per xiiij. ebdomadas in egritudinis lecto decubuit.
voto emisso sanitati restituta illud cōplevit. habz cōtes. iij.
sc. xci. xcij. xciiij. loco examinatos. Altera xiij. ebdoma
dis manibus et pedibus cōtracta in lecto egritudinis decūbens.
nulla potuit medela curari. ad tūbam votive portata. ac
devotōe cōpleta. statim melius habuit. et in breui sani
tati restituta fuit. habz cōtes. ij. sc. cxvj. et cxvij. loco ex
aminatos. et hēc in inquisitōe generali nūero testiū xxv.
Quidam quasi per integrum annum manuum et pedum con
tractionē passus. cum nulla medicorum opē adiuvari po
terat. facto voto statim melius habuit. et illud com
plendo oio convaluit. testis ipse. et hētur in inquisiti
one generali nūero testiū. xxxxviij. Alter gravi in
firmitate detentus. usū manuū et pedum penitus ami
sit. statim beatū leopoldum invocans votū emisit. quo
completo in breui sanatus fuit. testis idem. Adole
cētula manibus gravitter contracta. dum mater
eius quodam miraculo inducta votū cum filia emi